

arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus ma-
culis, ut musis quoque lingulis sua redderen-
tur insignia. Nec deinde alia que traditur
magnopere gemmarum claritas extat apud
auctores, præterquam Ismeniam Choraulem
multis fulgenibusque uti solitum comitan-
te fabula, uanitatē eius indicato in Cypro
sex aureis denarijs smaragdo in qua fuerat
sculpta Amymone iussisse enumerari. Et cum
duo relati essent, iminuto præcio, male me
Hercules curatum dixisse, Multum enim des-
tractum erat gemmæ dignitati. Hic uidetur
instituisse, ut omnes musicę artis hac quoque
ostentatione censerentur, ueluti Dionysio-
dorus æqualis eius & æmulus, ut sibi quoque
par uideretur. Tertius qui eodem tempore
fuit inter musicos Nicomachus multas gem-
mas habuisse traditur, sed nulla peritia ele-
ctas, sed sorde quadam. His exemplis initio
uoluminis, oblatis aduersus istos qui sibi
hanc ostentationem arrogant, ut palam
sit eos tibicinum gloria tumere. Hoc in Po-
lycratis gemma, que demonstratur illibata
intactaque ab Ismenia ætate post multos
annos apparere scalpi etiam smaragdos so-
litos. Confirmat hanc eadem opinionem
edictum Alexandri magni, quod uetuit in gemma
se ab

Ismenia

Dionysio

Nicoma.